

Quest. I. An liberum hominis arbitrium ad omnem operationem moraliter bonam eliciendam indigeat antecedenti Dei praedeterminatione qua physice & intrinsece ad illam praedeterminetur.

Q. 2. An ad realem entitatem actus intrinsece mali, physica etiam & intrinseca praedeterminatione voluntas nostra indigeat.

Q. 3. Utrum praeter gratiam praevientem, quae posita est in illuminatione, excitatione, & inspiratione, intellectus & voluntatis, alia praeviens gratia requiratur, liberum hominis consensum antecedens, qua physica & intrinseca aliqua praedeterminatione indifferentiam voluntatis ad unam tantum partem omnino determinet.

Q. 4. An gratia praeviens a se sola sit efficax; eiusque efficacia posita sit in ea physica voluntatis ad unam partem praedeterminatione, cum qua humana voluntatis dissensus coniungi non possit, nec illi humana voluntas in sensu composito possit dissentire; An vero consistat in interiori & congrua Dei vocatione, & excitatione praesertim ex sancti Augustini sententia.

Q. 5. An gratia sufficiens ut distincta ab efficaci praestet omnia necessaria ad actum conversionis; An vero praeter illam aliquid aliud ex parte actus primi requiratur, quod Deus ab eterno ante omnem operationum praevisionem, omnibus qui non convertuntur absoluta voluntate denegaverit.

Q. 6. An Deus certa & infallibili scientia cognoscat omnia contingencia; non solum ea quae futura sunt, sed etiam quae futura essent, si aut illis positis conditionibus.





*[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]*

Faint, illegible text in a single column, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is too faded to transcribe accurately.

Faint, illegible text in a single column, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is too faded to transcribe accurately.